

186. Libellus die Entgegennahme der Rechnungen.  
Mandat an die Magistri rationales vom 22. Januar 1284;  
RA. n. 149 (Barolus I 1284 6) fol. 313b.

28

Am Rande: De curia.  
Pro audiendis ta-  
cionibus officialium.

1) Angewandt ist  
Kronprinz Karl  
von Salomo als  
Rechtsverwalter.

Scriptum est venerabili in Christo patri domino P. Dei gratia  
Cypriensi episcopo et doctori viro Petro Budino de Andegavia  
magno regie curie magistro rationalibus doctoris consiliario et fami-  
liaribus suis etc. 1)

Quamvis multorum negotiorum turba nos detrahat et ad diversa  
servicia non minus <sup>minus</sup> immensa quam ardua nostrum frequenter excitet  
audium et instanter sollicitet mentem nostram, ad horam tamen  
aliquando nos subtrahimus, in qua fieri possumus commoditatibus  
providere, maxime cum ex providione huiusmodi tam ipsis fieri  
quam subditorum fidelium, quorum interest sua expedire negocia,  
utilitas procuretur. Cum igitur deliberato consilio, in quo vos etiam  
fueritis presentes, per nos pro parte curie sit provizum, ut rationes  
regni officialium, tam scilicet presentium quam etiam futurorum,  
singulis sex mensibus infra tempus doctorum officiorum suorum per  
auditores rationum eorundem regni officialium Nepoli commorantes  
familiares etc. iuxta ritum et formam rationum hactenus in ta-  
libus observatam diligentur examinentur et discernantur per man-  
data, instrumenta, apothecas et alias cautelas legitimas, que in ipsis  
recipiendis rationibus necessarie requiruntur, ac quicquid per  
examen rationum ipsarum penes eos et ipsorum quolibet in-  
venietur restare, incontinenti, quod in pecunia fuerit, thesaura-  
ris regie camere Castri Ovi familiaribus etc. pro parte curie assi-  
gnari debeat, quod autem in virtualibus, vino aliove rebus exti-  
terit, ad opus curie conservetur, predictis rationibus eiusdem provis  
computi in archivo curie remanentibus usque ad computum aliorum  
sex mensium subsequencium, ut in fine anni totius rationis cuiusli-  
bet officii uno corpore facto post fixalem compositionem computorum  
ipsorum et solucionem ligentorum residuorum tam in pecunia quam  
rebus aliis quibuscumque ex officiis ipsis restancium, ad quorum solu-  
cionem, si expedire fuerit, eos volumus debita coherione compelli;

↳